

dactum est. Insuper Benedictus XIV, his Decretis suum robur adhibuit Const. *Pastoralis curæ*, id de suo subjiciens, Extraordinarium pro Monialibus sub Regulare cura viventibus oportere esse semel in anno vel Clericum sacerdotalem, vel ex diverso Ordine Regularem. Expedit ut nedum ter in anno, sed quoties opus fuerit et pro una tantum Moniali Extraordinarius concedatur, quod pro articulo mortis declaravit Sacra Cong. Trid. 6, Aprilis an. 1647. Extraordinarius, quem non impropiè vocant *Peregrinum* diversus esse debet pro qualibet vice; unde ip- sis injunctum est, ne postquam suum officium impleverint, ad idem monasterium ulterius accedere præsumant: Bened. XIV, ead. Constit. (*)

(**) LI. Si Sacrae Congregat. Decretis, si Disciplina Ecclesiæ rigori standum est, unus dumtaxat debet esse pro unoquoque Monialium monasterio Ordinarius Confessor, unusque sufficit pro omnibus omnino uniuscujusque monasterii Monialibus, qui quidem elapo triennio removendus est. Videsis Monacelli *Form. Legale Pract. Tit. XIII, Decret. circa Commun. num. 14*, Nicol. in Flosc. verbo: *Confessarius*: et Benedictus XIV, in mox cit. Constit. (*)

TOMI I, ET TRACTATUS PRIMI FINIS.

Annotations variae

ADNOTATIONES VARIE

AD HOC PRIMUM VOLUMEN PERTINENTES.

Nota 1^a, pag. 37. Segregatus ab Ecclesia, si eius unitatem et communionem, corde compunctus, querat, atque propter aliquod impedimentum illam nequeat obtinere; tunc vel illud tollere potest, vel non. Si primum; separatio eius contumacie, qua impedimentum tollere abnuit, est tribuenda, quæ idecirco schismatis malitiam involvit. Si secundum; Ecclesie membrum fiet, cum interjectum impedimentum eius culpa caret.

dimentum eius culpa caret.

Externa communio et charitatis unitas singulorum membrorum cum corpore Ecclesiae eiusque visibili capite est necessaria, ut inter varias sectas et societates nomine Ecclesiae jactantes quae sit vera discernatur, prout supra est adnotatum. Quod autem visibili Ecclesiae est actu necessarium, singulis eius membris etiam ad salutem est adeo necessarium, ut cuique sit innitendum, ut eam communionem actu teneat. Quod si ab ea, non quadam culpa sua, sed aliunde impediatur, ipsius salutis non obseruit, uti, nempe, contingit quando ministerium baptismi, non contemptus religionis, sed anticulus necessitatis excludit. (*S. Agustin. lib. IV de Baptismo*, c. 22.) Tum quidem utroque casu satis est, ut in unitatem et communionem Ecclesiae, qua actu caret, affectu teneat. *Quamvis enim non sit in visibili unitate et corpore Ecclesiae, unitati tamen spiritus est intus in ipsa Ecclesia, cui voto et charitate adhaeret.* (*S. Agustin. lib. IV de Baptismo*, c. 22.)

Nota 2^o, pag. 46. Ad hoc bene satisque assequendum, ministris ecclesiasticis
mus, quam prima principia evidenter recta educatione statuere, quibus tam saecu-
laris quam ecclesiastica potestas divino, tum naturali, tum positivo, juri subjiciuntur.
Ea de re tyronibus nostris sectionem integrum Cursus nostri *Juris naturae*,
recentissime in lucem editi, (sub hispanico titulo: *Del Derecho natural en sus prin-
cipes comunes y en sus diversas ramificaciones*) evolvendam offerimus, ubi pri-
me veritates, et generaliores regulæ traduntur, quibus nullis offendiculisq; uæstio-
nes omnes tractari, solvique facile possunt, quæ ex nexibus oriuntur inter Eccle-
siam et Statum. Ad hoc igitur opus lectores nostros saepè nobis referre contin-
get; nondum enim erat scriptum, cum præsentes adnotaciones variis hujus cursus
locis obtulimus.

Nota 3^a, pag. 47. Opus consule supra laudatum. Sect. IV, *litterarum*. 30

Nota 4^o, pag. 49 et 50. Cum publica sæculi potestas, tum vi munera Religione defendendi, tum singularibus Summorum Pontificum concessionibus, soleat quædam legibus statuere circa personas, et res sacras, immo ecclesiasticis judiciis ritus et formas præscribere; frequentes exinde, magnæque disputationes emergunt, hodie præsertim, pravorum opinionibus exagitatae. His igitur vitandis maxime consentaneum duximus certas leges jure naturæ utriusque Potestati præfinitas accurata methodo exponere in prædictæ nostri laudati cursus sectionis sextæ introductione ad quintum principium, quod ideo nostris lectoribus consulendum est. Rationem vero directi et indirecti sic exponit Zalinger § XXXII suarum de jure naturæ privato Institutionum.

Direkte voluntarium est illud, in quod voluntas fertur proxime, et velut recta via. Indirecte voluntarium seu in causa, est illud, in quod voluntas non tendit nisi quatenus connexum est cum eo, in quod recta via tendit. Si quis vult A, quo cum connexum esse novit B, is dicitur velle A directe, B indirecte. Tritum est illud: Qui vult causam, vult etiam effectum in ea prævisum. Ut imputatio ejus, quod aliquis non vult nisi indirecte, rite fiat, considerandum est 1^o, quæ, et quam arcta connexio sit inter utrumque: 2^o, satisne, et quomodo ea fuerit, prævisa: 3^o, quale sit jus agendi id quod directe aliquis vult, et quanta obligatio alterius vitandi.

Nota 5^o, pag. 50. Opus D. Zalinger hic consulendum proponitur, cui titulus: *Institutionum juris naturalis et ecclesiastici publici, lib. 1, c. XI. §. LXIII.* ubi de officiis erga Deum luculentiter disserit, quæ minime longiori sermone indigne ri cum bene his naturæ juris principiis informati existimentur quicunque juris canonici studium aggrediuntur.

Nota 6^o, pag. 51. Vide quæ supra dicta sunt nota 2^o circa regulas, quibus tum ecclesiastica tum civilis potestas subjiciuntur. Atque illud in opere eiusdem 5^o Nota 7^o, pag. 54. Jus canonicum circa rationem judicialiter procedendi consuetudine est de facto notabiliter immutatum; immo et de jure, cum consuetudo vim legis habeat: nihilominus potestas civilis, Ecclesiæ disciplinam alterandi, omnifacilitate vacat.

Nota 8^o, pag. 70. Quamvis analogie latissimum præbeant discurrendi locum circa modales quæstiones, ad instar politici juris; nihilominus advertere opus est, quod Ecclesia, cum divinitus sit instituta, suam a Deo habet auctoritatem, et substantiale formam; quapropter plerique variationes, quæ in politico gubernio sunt accidentales, in illam nullatenus possunt introduci. Sic est accidentale in civili gubernio quod sit monarchicum, aristocraticum, democraticum, seu mixtum: verum harum varietatum Ecclesia non est capax.

Nota 9^o, pag. 72. Supra varias hasce quæstiones utilissimum erit consulere Comitem J. de Maistre in suo Opere de Papa, et Mussarelli opusculum in hispanum idioma translatum sub hoc titulo: *Del buen uso de la Lógica en materia de Religion.*

Nota 10, pag. 75. Circa hæc et similia controversia capita celebriores historicos juvenes studentes consulere poterunt: historia celeberrime Cobbet de protestanti reformatione in Anglia et Hibernia est inter nosstrates notissima, et magni aestimata. Commendamus insuper duo opera D. Audin: 1er. *Histoire de la vie, des ouvrages et des doctrines de Luther.* 2^o *Histoire de la vie &c. de Calvin.*

Nota 11, pag. 85. Generis hujusce testimonia summa moderatione, maximaque prudentia adduci debent; vero numquam per respectum ad doctoris auctoritatem,

sed ad doctrinam, in qua cum catholicis veritate consentiunt. Apologetici hæreticorum et schismaticorum testimonio ut plurimum utuntur; vel tamquam arguento admirabilis virtutis, qua veritas etiam ipsos suimet inimicos ad se attrahit, vel ad probandum quid sibimet derelicta sit ratio, videlicet errorum et contradictionum seminarium.

Nota 12, pag. 90. Hinc etiam sumere poterit adolescens quidquid philosophiæ opus fuerit homini negotioso, et publicis negotiis occupato, quem oportet quidem philosophari. Cavendum est, inquit S. August., ne fugiant ex animo quæ dicenda sunt, dum attenditur, ut arte dicantur. Et tamen in sermonibus, atque dictionibus eloquentium impleta reperiuntur præcepta eloquentiæ, de quibus, ut illi eloquentur, vel cum loquerentur, non cogitarunt, sive illa didicissent, sive ne attigissent quidem. Implet quippe illa, quia eloquentes sunt; non adhibent, ut sint eloquentes. Quapropter, cum ex infantibus loquentes non fiant, nisi locutiones discendo loquentium; juvē eloquentes fieri non possunt, nulla eloquendi arte tradita sed elocutiones discendo loquentum, legendō, et audiēdo, et quantum assequi conceditur, imitando? Quid quod ita fieri ipsis quoque experimur exemplis? Nam sine præceptis rhetoriciis novimus plurimos eloquentiores plurimis, qui illa dicerunt. De Doct. Chist. lib. 4 in principio.

Nota 13, pag. 92. Naturalia phænomena adeo sunt omnia inter se connexa, ut illa non valeamus ad invicem separare, nisi quædam violentiam iisdem faciendo. Simili modo inter rerum moralium essentias, nulla, prout opus est, complete pertractari potest, quin super alias, quæ illis viciniores sunt, aliquid gradiamur. Politica in administratione, exempli causa, nemo aptus reperietur, ac causas divitiarum tum incrementi, tum decrementi manifestandum, qui legum patrimonium ignoraverit; qui exponere nequiverit effectus innumerabilium legum, regularum tractatuum, respectivè ad monetas, commercium, industriam, cambium, intra et extra propriam nationem; ita legisdoctor de legibus imperfectissimè pertractabit, si influxum earum ad augmentum, diffusionem et decrementum divitiarum nesciverit. Quæstiones morales funditus tractare nequimus, quin effectus per quædam habitus in hominis phisica parte productus simul perscrutemur. Impossibile pari est modo, quod jurisperitus alicuius nationis institutionum politicarum seu civilium effectus describens, et theologus vitorum ei virtutum causas perscrutans, proprium campum mutuo non transiliant.

Hasce cunctas observationes Cicero acutissimo expressit ingenio, cum dicit: *et enim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, et quasi cognitione quadam inter se continentur.* Verum studio alicujus scientiæ, vacantes, etsi aliarum limina ingredi perstringamur, nihilominus nostras investigationes intra certos limites continere debemus. Legisperitus, si omnes legum effectus explanare intenderet, nihil relinquaret dicendum nec Theologo moralistæ, nec politico Administratori, et omnia confundaret. Opus est ergo, se intra justos limites continere, etiamsi omnes scientiæ sint ad invicem connexæ, et mutuum sibi præsentent auxilium.

Nota 14, pag. 94. Quæstionem sub aspectu tantummodo morali inspicio, in memoriam revocare necesse est, 1.^o: quod domestica societas est generalis seu politicæ societatis fundamentum, quapropter utriusque sors æqualis esse oportet: 2.^o Societas domestica immutabilibus legibus est regenda, ne civilibus convulsibibus, quæ impræsentiarum adeo sunt frequentes, penitus destruatur; sed econtra

tot inter vicissitudines vivens et invicta conservetur, tamquam quoddam sacrum depositum, quo assiduae calamitates et ruine nationum reparari valeant. (Obra del Derecho Natural en sus principios comunes, números 787, § 5, tercera parte, tomo 2.º, pág. 319.) Véase la nota 2.ª in Tractatum de Rebus Ecclesiasticis, pag. 90.

Nota 15, pag. 95. Civiles legislatores circa materias purè ecclesiasticas leges scepè tulerunt; verùm talium legum autores non fuerunt ipsi, sed Ecclesia. Etenim illas promulgaverunt, et in politicis codicibus scripserunt, ut vim civilem ipsis superadderent, et ecclesiasticam auctoritatem propugnarent: Imperatores, qui hunc se gerendi modum observarunt, gratia divinis, et pro suis subditis, ditati sunt, et benedictiones promeruerunt sanctæ Matris Ecclesiae, quæ absque hujusmodi protectione et defensione insuperabilia passim reperiret obstacula in sacri ministerii exercitio, cuius finis est fidelium ædificatio, et salus eorum sempiterna. Econtra vero, Imperatores, qui propria potestate abutentes, et fidei morumque et disciplinæ quæstiones definire tentaverunt, magno crimine se fœdarunt, et maximas calamitates supra se ac subditos suos atraxerunt. (Véase el Nuevo Salas Mexicano.—Límites de ámbas potestades. tomo 1.º, páginas 214, 215 y 225.)

Nota 16, pag. 106. Discipline in materia distinguere necesse est inter eam, quæ universæ Ecclesiæ est communis, et eam quæ alicui Ecclesiæ particulari tantummodo convenit. Prima est invariabilis; secunda autem mutari potest, sicut mutabiles sunt circunstantiæ, propter quas fuit stabilita; et talis est Ecclesiæ voluntas. (Vide la obra del Derecho Natural en sus principios comunes y en sus diversas ramificaciones, tomo 4.º, sec. 6.º, lib. 2, pag. 271.)

Nota 17. pag. 123. Vide supra cit. opus n. 669 et seqs., art. 2., tom. 4.

Nota 17, pag. 153. *Vide supra ad op. cit. lib. 1, tit. 14.*
Nota 18, pag. 233. Canonici Juris dispositiones sunt observandæ; quia Concilia Generalia et Summi Pontifices, a quibus emanarunt, sunt plena potestate jus positivum ecclesiasticum condendi investiti. Lib. 1., tit. 14. Novis. Rec. *Cada una de las partes, ó abogados, ó procuradores, por palabra ó por escrito, ántes de la sentencia informe al juez de su derecho, alegando leyes y decretos y decretales, partidas y fueros, como entendiesen que mas le cumple.*

Nota 19, pag. 239. *Dar instrucciones para celebrar concordatos con la Silla Apostólica, aprobarlos para su ratificación, y arreglar el ejercicio del patronato en toda la federación.* Art. 50, part. 2.^a de la constitución general. Articulus iste satis demonstrat, cuncta ad Ecclesiam spectantia, non temporalis potestatis legibus aut decretis, esse constituenda, sed concordatis, id est, ad civilem auctoritatem pertinet proponere et postulare, concedere autem, seu denegare, supremæ est ecclesiasticae auctoritatis.

INDEX TOMI PRIMI.

PROLEGOMENA JURIS CANONICI.

CAPUT PRIMUM.

De natura, origine, atque sociali constitutione
Sanctæ Catholice Ecclesiæ 1

ARTICULUS PRIMUS.

Ecclesia Christi divinæ institutionis est, indeque ab origine sua, una, sancta, catholica et apostolica. 2

- | | | | | | | | |
|--------|---|---|---|---|---|---|-----|
| § I. | <i>Ecclesiæ notio.</i> | . | . | . | . | . | ib. |
| § II. | <i>Origo et fundatio divina Ecclesiæ.</i> | . | . | . | . | . | 3 |
| § III. | <i>Fundationis tabulæ sunt scriptura et traditio.</i> | . | . | . | . | . | 4 |
| § IV. | <i>Unitas Ecclesie.</i> | . | . | . | . | . | ib. |
| § V. | <i>Sanctitas Ecclesiæ.</i> | . | . | . | . | . | 6 |
| § VI. | <i>Catholicitas Ecclesiæ.</i> | . | . | . | . | . | 8 |
| § VII. | <i>Ecclesia est apostolica.</i> | . | . | . | . | . | 9 |

ARTICULUS II.

Secundum consilia divinæ sapientiæ et promissio-
nes Christi Ecclesia usque ad finem mundi per-
manebit una, sancta, catholica et apostolica,
etsi gravissimis nullo non tempore afflita sit
et affligatur vexationibus. 10

- | | | |
|--------|--|-----|
| § I. | <i>Ecclesia semper impugnatur, nunquam expugnat.</i> | ib. |
| § II. | <i>Consectaria.</i> | 12 |
| § III. | <i>Indefectibilitas Ecclesie.</i> | 13 |

Antiquus III.

n hunc finem, ut Ecclesia sit, maneatque una,
sancta, eatholica et apostolica, a Christo insti-
tuta est potestas sacra, et imperium sacram. 14

- | | | |
|-------|---|-----|
| § I. | <i>Electio apostolorum et Petri.</i> | ib. |
| § II. | <i>Institutio supremi capituli in Ecclesia.</i> | ib. |

9 1

<i>Institutio supremi capituli in Ecclesia.</i>	16.
<i>Institutio apostolatus.</i>	18

- | | | | |
|-------|---|-----------|----|
| § IV. | <i>Apostolatus functiones.</i> | | 20 |
| § V. | <i>Christus non omnia determinavit.</i> | | 21 |

§

<i>Apostoli determinat politicam sacram.</i>	22
<i>Elegunt ministros et successores.</i>	ib.
<i>Agunt conventus.</i>	23

- | | | | | | |
|-------|---|---|---|---|----|
| § IX. | <i>Curam aliquam temporalium habent .</i> | . | . | . | 25 |
| § X. | <i>Cuncta agunt ad finem Ecclesiae.</i> | . | . | . | 26 |
| § XI. | <i>Triplicem potestatem exercent .</i> | . | . | . | 27 |

ARTICULUS IV.

12
Pontestas sacra a Christo instituta ad successores apostolorum ob eundem finem transiit, ut Ecclesia sit, maneatque una, sancta, catholica et

- § I. *Uti Ecclesia, sic potestas sacra in Ecclesia durabit semper.* ib.